

**[Q. 75: De conversione panis et vini
in corpus et sanguinem Christi]**

[art. 1:] *Utrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem, vel solum secundum figuram vel sicut in signo [...]*

[Respondeo dicendum quod] verum corpus Christi et sanguinem esse in hoc sacramento, non sensu deprehendi potest, sed sola fide, quae auctoritati divinae innititur. Unde super illud *Luc. XXII* [19], „Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur“, dicit Cyrillus: „Non dubites an hoc verum sit, sed potius suscipe verba salvatoris in fide, cum enim sit veritas, non mentitur.“¹

Hoc autem conveniens est, primo quidem, perfectioni novae legis. Sacrificia enim veteris legis illud verum sacrificium passionis Christi continebant solum in figura, secundum illud *Hebr. X* [1]: „Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem.“ Et ideo oportuit ut aliquid plus haberet sacrificium novae legis a Christo institutum, ut scilicet contineret ipsum passum, non solum in significatione vel figura, sed etiam in rei veritate. Et ideo hoc sacramentum, quod ipsum Christum realiter continet, ut Dionysius dicit, III cap. *Eccles. Hierar.*, est „perfectivum omnium sacramentorum aliorum“², in quibus virtus Christi participatur.

Secundo, hoc competit caritati Christi, ex qua pro salute nostra corpus verum nostrae naturae assumpsit. Et quia maxime proprium amicitiae est, „convivere amicis“, ut Philosophus dicit, IX *Ethic.*³, sui praesentiam corporalem nobis repromittit in praemium, *Matth. XXIV* [28]: „Ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae.“ Interim tamen nec sua praesentia corporali in hac peregrinatione destituit, sed per veritatem corporis et sanguinis sui nos sibi coniungit in hoc sacramento. Unde ipse dicit, *Ioan. VI* [57]: „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.“

¹ Cyrill von Jerusalem, *Explanatio in Lucae evangelium*, super 22,19 (PG 72,911).

² Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De Ecclesiastica Hierarchia* III (PG 3,423; ed. Heil/ Ritter, 79,14f.).

³ Aristoteles, *Nikomachische Ethik* IX 12 (1171b32).

**III. Die Verwandlung von Brot und Wein
in den Leib und das Blut Christi**

[Art. 1:] *Die wahrhaftige Gegenwart des Leibes Christi [...]*

[Antwort:] Daß in diesem Sakrament der wahre Leib und das wahre Blut Christi gegenwärtig seien, das vermögen weder die Sinne noch der Verstand zu erfassen, sondern einzig der Glaube, der sich gründet auf die göttliche Autorität. Über das Wort „Dies ist mein Leib, der für euch wird dahingegeben werden“ (*Lk* 22,19) sagt daher Cyrill [von Jerusalem]: „Zweifle nicht, ob dies wahr sei; sondern nimm gläubig die Worte des Erlösers an: er lügt nicht, denn er ist die Wahrheit“.

Es ist dies aber gemäß, erstlich im Hinblick auf die Vollkommenheit des Neuen Gesetzes. Die Opfer des Alten Gesetzes nämlich enthielten jenes wahre Opfer der Passion Christi nur auf die Weise des Vor-Bildes, gemäß dem Wort des *Hebräerbriefes* (10,1): „Das Gesetz hat den Schatten der zukünftigen Güter, nicht aber die Gestalt der Dinge selbst“. Das von Christus gegründete Opfer des Neuen Gesetzes mußte also notwendig ein Mehr besitzen, es mußte den Christus, der das Leiden getragen, selbst enthalten, nicht nur in Bild und Gleichnis, sondern auch in der Wahrheit der Wirklichkeit. Darum vollenden sich, wie Dionysius sagt, in diesem Sakrament, das Christus selbst wirklich enthält, alle anderen Sakramente, die nur an der Kraft Christi teilhaben.

Zweitens aber stimmt dies zusammen mit der Liebe Christi, kraft welcher er um unseres Heiles willen den wahren Leib unserer Natur angenommen hat. Und weil es, wie der Philosoph [Aristoteles] sagt, das Eigenste der Freundschaft ist, mit den Freunden zusammen zu sein, so verspricht uns Christus wiederum seine leibhafte Gegenwart zum Lohne: „Wo der Leib ist, da versammeln sich auch die Adler“¹ (*Mt* 24,28). Doch hat er uns auch in der Zwischenzeit, auf unserer Wanderschaft, nicht seine leibhafte Gegenwart entzogen; sondern in diesem Sakrament vereinigt er uns mit sich durch die wahre Wirklichkeit seines Leibes und Blutes: „Wer mein Fleisch ißt und mein Blut trinkt, der bleibt in mir und ich in ihm“ (*Joh* 6,56).

¹ Thomas versteht dies Wort des *Matthäus-Evangeliums*, wie auch einige Kirchenväter es tun, so, daß durch den „Leib“ der verklärte Christus, durch die „Adler“ aber die Heiligen bedeutet seien. Der Sinn ist also dann: daß Christus die Heiligen um sich versammelt.



Unde hoc sacramentum est maximae caritatis signum, et nostrae spei sublevamentum, ex tam familiari coniunctione Christi ad nos.

Tertio, hoc competit perfectioni fidei, quae, sicut est de divinitate Christi, ita est de eius humanitate, secundum illud *Ioan.* XIV [1]: “Creditis in Deum, et in me credite.” Et quia fides est invisibilium, sicut divinitatem suam nobis exhibet Christus invisibiliter, ita et in hoc sacramento carnem suam nobis exhibet invisibili modo.

Quae quidam¹ non attendentes, posuerunt corpus et sanguinem Christi non esse in hoc sacramento nisi sicut in signo. Quod est tanquam haereticum abiiciendum, utpote verbis Christi contrarium. Unde et Berengarius, qui primus inventor huius erroris fuerat, postea coactus est suum errorem revocare, et veritatem fidei confiteri.² [...]

[Ad tertium dicendum quod] corpus Christi non est eo modo in sacramento sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuratur, sed quodam speciali modo, qui est proprius huic sacramento. Unde dicimus quod corpus Christi est in diversis altaribus, non sicut in diversis locis, sed sicut in sacramento. Per quod non intelligimus quod Christus sit ibi solum sicut in signo, licet sacramentum sit in genere signi, sed intelligimus corpus Christi esse ibi, sicut dictum est, secundum modum proprium huic sacramento. [...]

¹ Vgl. Ratramnus von Corbie, *De corpore et sanguine Domini* (ed. van den Brink), PL 121,125); Berengar von Tours, *Rescriptum contra Lanfrannum [= De sacra cena]* II (CCCM 84, 166-168; 201). – Dazu die Darstellungen bei: Lanfranc von Bec, *De corpore et sanguine Domini* c. 12 (PL 150,422); c. 21 (PL 150,439); Guitmund von Aversa, *De corpore et sanguine Christi veritate in Eucharistia* I (PL 149,1430B), III (PL 149,1488B).

² Vgl. v.a. Synode von Rom 1059 unter Nikolaus II. (DH 690); Synode von Rom 1079 unter Gregor VII. (DH 700). – Zu vorherigen regionalen Verurteilungen vgl. zusammenfassend H. Hoping, *Mein Leib für euch gegeben*, Freiburg/ Br. u.a. 2011, 204-215.

So ist dieses Sakrament ein Sichtmal übergroßer Liebe und, wegen dieser so innigen Vereinigung Christi mit uns, ein Auftrieb für unsere Hoffnung.

Drittens ist dies der Vollkommenheit des Glaubens gemäß, der, wie auf die Gottheit Christi, so auch auf seine Menschheit bezogen ist, nach dem Worte „Glaubet an Gott, so glaubet auch an mich“ (*Joh* 14,1). Und weil der Glaube auf das Unsichtbare sich richtet, so bietet uns Christus, wie er seine Gottheit uns unsichtbar darbietet, in diesem Sakrament auch seinen Leib auf unsichtbare Weise dar.

Einige haben hierauf nicht acht gehabt und behauptet, der Leib und das Blut Christi seien in diesem Sakrament nur wie in einem Zeichen enthalten. Das aber ist als Irrlehre zu verwerfen, weil es den Worten Christi widerspricht. Darum ist auch Berengar [von Tours], welcher der erste Urheber dieses Irrtums war, später gezwungen worden, seinen Irrtum zu widerrufen und die Wahrheit des Glaubens zu bekennen. [...]

[Zum 3. Einwand:] Der Leib Christi ist nicht auf solche Weise in diesem Sakrament gegenwärtig wie im Raum ein Körper, der durch seine Erstreckung dem Raume gleichmäßig ist; sondern auf eine besondere Weise, die diesem Sakrament wesenseigen ist. So sagen wir, der Leib Christi sei auf verschiedenen Altären, nicht wie an verschiedenen Orten, sondern auf sakramentliche Weise gegenwärtig. Dennoch meinen wir damit nicht, Christus sei dort nur wie in einem Zeichen gegenwärtig, wiewohl das Sakrament zur Gattung der Zeichen gehört. Sondern wir meinen, der Leib Christi sei, wie schon gesagt wurde, in der diesem Sakrament wesenseigenen Weise hier gegenwärtig. [...]

[art. 2:] *Utrum in hoc sacramento remaneat substantia panis et vini post consecrationem [...]*

[Respondeo dicendum quod] quidam¹ posuerunt post consecrationem substantiam panis et vini in hoc sacramento remanere. Sed haec positio stare non potest. – Primo quidem, quia per hanc positionem tollitur veritas huius sacramenti, ad quam pertinet ut verum corpus Christi in hoc sacramento existat. Quod quidem ibi non est ante consecrationem. Non autem aliquid potest esse alicubi ubi prius non erat, nisi per loci mutationem, vel per alterius conversionem in ipsum, sicut in domo aliqua de novo incipit esse ignis aut quod illuc defertur, aut quod ibi generatur. Manifestum est autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem. [...] Et propter hoc relinquatur quod non possit aliter corpus Christi incipere esse de novo in hoc sacramento nisi per conversionem substantiae panis in ipsum. Quod autem convertitur in aliquid, facta conversione, non manet. Unde relinquatur quod, salva veritate huius sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non possit.

Secundo, quia haec positio contrariatur formae huius sacramenti, in qua dicitur, „hoc est corpus meum“. Quod non esset verum si substantia panis ibi remaneret, nunquam enim substantia panis est corpus Christi. Sed potius esset dicendum, „hic est corpus meum“.

Tertio, quia contrariaretur venerationi huius sacramenti, si aliqua substantia esset ibi quae non posset adorari adoratione laetiae. [...] Unde haec positio vitanda est tanquam haeretica. [...]

[Ad secundum dicendum quod] in aliis sacramentis non est ipse Christus realiter, sicut in hoc sacramento. Et ideo in sacramentis aliis manet substantia materiae, non autem in isto. [...]

¹ Vgl. Guitmund von Aversa, *De corporis et sanguinis Christi veritate in Eucharistia* (PL 149,1427-1512, v.a. 1430C-D: „impanari“), der auf die Anhänger Berengars hinweist.

[Art. 2:] *Die Aufhebung der Wesenheit von Brot und Wein [...]*

[Antwort:] Einige haben behauptet, es verbleibe in diesem Sakrament nach der Verwandlung die Wesenheit von Brot und Wein. Aber diese Behauptung kann nicht bestehen. – Erstens, weil durch sie die Wahrheit dieses Sakramentes zunichte würde; diese schließt in sich, daß in diesem Sakramente der wahre Leib Christi wirklich sei, während er vor der Verwandlung hier noch nicht gegenwärtig ist. Es kann aber etwas nicht irgendwo sein, wo es vorher nicht war, es sei denn durch eine Ortsveränderung oder dadurch, daß etwas anderes sich in es verwandelt; so entsteht in einem Hause ein neues Feuer entweder dadurch, daß es dorthin gebracht wird, oder dadurch, daß es dort erzeugt wird. Es ist aber offenkundig, daß der Leib Christi nicht auf Grund einer räumlichen Bewegung beginnt, in diesem Sakramente gegenwärtig zu sein [...]. Es ergibt sich also, daß der Leib Christi nicht anders beginnen kann, von neuem in diesem Sakrament gegenwärtig zu sein, als durch die Verwandlung der Wesenheit des Brotes in ihn selbst. Was aber in etwas anderes sich verwandelt, das verbleibt nicht, wenn die Verwandlung geschehen ist. Es ist demnach um der ungeschmälerten Wahrheit dieses Sakramentes willen zu schließen, daß die Wesenheit des Brotes nach der Verwandlung nicht verbleiben kann.

Zweitens widerstreitet jene Behauptung den formgebenden Worten dieses Sakramentes, welche sagen: „Dies ist mein Leib“. Das aber wäre nicht wahr, wenn die Wesenheit des Brotes bliebe. Niemand nämlich „ist“ die Wesenheit des Brotes der Leib Christi; dann müßte eher gesagt werden: „Hier ist mein Leib“.

Drittens widerspricht jene Behauptung der Verehrung dieses Sakramentes, wenn es in ihm irgendeine geschöpfliche Wesenheit gibt, die nicht so angebetet werden dürfte, wie man nur die Gottheit anbetet. [...] Darum muß man sich vor dieser Meinung hüten; sie ist irrgläubig. [...]

[Zum 2. Einwand:] In den anderen Sakramenten ist nicht, wie in diesem, Christus selbst wirklich gegenwärtig. Darum verbleibt in den anderen Sakramenten die Wesenheit des Bildstoffes; nicht aber in diesem Sakrament. [...]

[art. 4:] *Utrum panis possit converti in corpus Christi [...]*

[Respondeo dicendum quod,] [...] cum in hoc sacramento sit verum corpus Christi, nec incipiat ibi esse de novo per motum localem; cum etiam nec corpus Christi sit ibi sicut in loco, ut ex dictis patet, necesse est dicere quod ibi incipiat esse per conversionem substantiae panis in ipsum.

Haec tamen conversio non est similis conversionibus naturalibus, sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute effecta. Unde Ambrosius dicit, in libro *De sacramentis*: „Liquet quod praeter naturae ordinem virgo generavit. Et hoc quod conficimus, corpus ex virgine est. Quid igitur quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine?“¹ Et super illud *Ioan.* VI [64], „Verba quae ego locutus sum vobis“, scilicet de hoc sacramento, spiritus et vita sunt, dicit Chrysostomus: „Idest, spiritualia sunt, nihil habentia carnale neque consequentiam naturalem, sed eruta sunt ab omni tali necessitate quae in terra, et a legibus quae hic positae sunt.“²

Manifestum est enim quod omne agens agit in quantum est actu. Quodlibet autem agens creatum est determinatum in suo actu, cum sit determinati generis et speciei. Et ideo cuiuslibet agentis creati actio fertur super aliquem determinatum actum. Determinatio autem cuiuslibet rei in esse actuali est per eius formam. Unde nullum agens naturale vel creatum potest agere nisi ad immutationem formae. Et propter hoc omnis conversio quae fit secundum leges naturae, est formalis. Sed Deus est infinitus actus [...]. Unde eius actio se extendit ad totam naturam entis. Non igitur solum potest perficere conversionem formalem, ut scilicet diversae formae sibi in eodem subiecto succedant, sed conversionem totius entis, ut scilicet tota substantia huius convertatur in totam substantiam illius.

¹ Ambrosius, *De mysteriis* 9,53 (FC 248,5-9). – Vgl. Gratian, *Decretum* P. III: *De consecratione*, d. 2, can. 69: „Quibus exemplis praeter naturam“ (RF I,1340).

² Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* 47 (PG 59,265).

[Art. 4:] *Die Verwandlung des Brotes in den Leib Christi [...]*

[Antwort:] [...] Weil in diesem Sakrament der wahre Leib Christi gegenwärtig ist, und weil er hier nicht auf Grund einer räumlichen Bewegung neu gegenwärtig zu sein beginnt – da der Leib Christi hier ja auch nicht wie an einem Orte gegenwärtig ist, wie aus dem Gesagten deutlich wird –, so ist es notwendig zu sagen: er beginne hier gegenwärtig zu sein durch die Verwandlung der Wesenheit des Brotes in ihn selbst.

Diese Verwandlung aber hat keine Ähnlichkeit mit den natürlichen Wandlungen, sondern ist ganz und gar übernatürlich, gewirkt einzig durch die Kraft Gottes. So sagt Ambrosius: „Die Jungfrau hat ihn offenbar jenseits von aller Ordnung der Natur geboren; und dies, das wir [Priester] hervorbringen, ist der Leib aus der Jungfrau. Was also fragst du nach der Ordnung der Natur im Leibe Christi, da doch der Herr Jesus selbst, entgegen der Natur, aus der Jungfrau geboren ist?“ Und zu den Worten des *Johannes-Evangeliums* (6,63): „Die Worte, die ich zu euch gesprochen habe (nämlich über dieses Sakrament), sind Geist und Leben“ – sagt Chrysostomus: „Sie sind geisthaft, das heißt, in ihnen ist nichts Fleischliches noch die Gesetzlichkeit der Natur; sie sind herausgenommen aus jeglicher Notwendigkeit, wie sie auf Erden gültig ist, und aus allen Gesetzen, die hier in Kraft sind“.

Denn es ist offenkundig, daß alles Wirkende wirkt, sofern es wirklich ist. Ein jegliches geschöpfliche Wirkende aber ist eingegrenzt in seinem Wirklichsein, indem es einer bestimmten Gattung und Art zugehört. Darum ist das Wirken eines jeden geschaffenen Wirkenden gebunden an ein bestimmtes Wirklichsein. Eines jeden Wirklichen Bestimmung in seinem Wirklichsein aber geschieht durch seine Seinsform. Darum kann das Wirken eines natürlichen oder geschaffenen Wirkenden sich nicht über eine Veränderung der Seinsform hinaus erstrecken; und deswegen ist jede Wandlung, die gemäß den Gesetzen der Natur geschieht, eine Wandlung in bezug auf die Seinsform. Gott aber ist unbegrenztes Wirklichsein [...]; darum erstreckt sich sein Wirken auf die gesamte Wesenheit des Seienden. Er vermag also nicht nur eine Verwandlung der Seinsform zu vollbringen – daß nämlich in dem gleichen Subjekt verschiedene Seinsformen aufeinander folgen –, sondern eine Verwandlung des ganzen Seienden, so daß die ganze Wesenheit dieses Seienden sich verwandelt in die ganze Wesenheit jenes Seienden.



Et hoc agitur divina virtute in hoc sacramento. Nam tota substantia panis convertitur in totam substantiam corporis Christi, et tota substantia vini in totam substantiam sanguinis Christi. Unde haec conversio non est formalis, sed substantialis. Nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transsubstantiatio. [...]

[art. 5:] *Utrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis et vini [...]*

[Respondeo dicendum quod] sensu apparet, facta consecratione, omnia accidentia panis et vini remanere. Quod quidem rationaliter per divinam providentiam fit. Primo quidem, quia non est consuetum hominibus, sed horribile, carnem hominis comedere et sanguinem bibere, proponitur nobis caro et sanguis Christi sumenda sub speciebus illorum quae frequentius in usum hominis veniunt, scilicet panis et vini.

Secundo, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideretur, si sub specie propria Dominum nostrum manducemus. Tertio ut, dum invisibiliter corpus et sanguinem Domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei. [...]

[Ad secundum dicendum quod] in hoc sacramento nulla est deceptio, sunt enim secundum rei veritatem accidentia, quae sensibus diiudicantur. Intellectus autem, cuius est proprium obiectum substantia, ut dicitur in III *De anima*¹, per fidem a deceptione praeservatur.

[Et sic patet responsio ad tertium. Nam] fides non est contra sensum, sed est de eo ad quod sensus non attingit.

¹ Vgl. Aristoteles, *De anima* III 6 (430b28ff.).

Und dies geschieht, durch göttliche Kraft, in diesem Sakrament. Denn die ganze Wesenheit des Brotes wird verwandelt in die ganze Wesenheit des Leibes Christi und die ganze Wesenheit des Weines in die ganze Wesenheit des Blutes Christi. Diese Verwandlung also ist nicht eine Verwandlung der Seinsform, sondern der Wesenheit. Sie fällt nicht unter den Artbereich natürlicher Veränderung; sondern sie kann nur mit einem eigenen Namen als Wesensverwandlung (*transsubstantiatio*) bezeichnet werden. [...]

[Art. 5:] *Über das Verbleiben der Eigenschaften von Brot und Wein [...]*

[Antwort:] Die Sinne bezeugen deutlich, daß nach der Verwandlung alle Eigenschaften von Brot und Wein verbleiben. Das aber läßt die göttliche Vorsehung nicht ohne Sinn so geschehen. Erstens ist es für den Menschen nicht nur etwas Außergewöhnliches, sondern geradezu verabscheuenswert, das Fleisch eines Menschen zu essen und sein Blut zu trinken; und so wird uns der Leib und das Blut Christi dargereicht unter der Gestalt jener Dinge, die am häufigsten dem Menschen zur Hand sind, nämlich unter der Gestalt von Brot und Wein.

Zweitens sollte dieses Sakrament nicht von den Ungläubigen verhöhnt werden, wenn wir unseren Herrn in seiner Eigengestalt als Speise genossen. Drittens soll das Verdienst des Glaubens wachsen, da wir, ohne mit Augen zu sehen, den Leib und das Blut unseres Herrn genießen. [...]

[Zum 2. Einwand:] Es begibt sich in diesem Sakrament keineswegs eine Täuschung; denn die Eigenschaften, welche die Sinneswahrnehmung unterscheidet, sind in wahrhafter Wirklichkeit da. Der erkennende Geist aber, dessen eigentümlicher Gegenstand die Wesenheit ist, wird durch den Glauben vor Täuschung bewahrt.

[Und so ist die Antwort zum 3. Einwand offenkundig:] Der Glaube widerstreitet nicht der Sinneswahrnehmung; sondern er richtet sich auf eine Wirklichkeit, die von der Sinneswahrnehmung nicht erreicht wird.

[art. 8:] *Utrum haec sit vera: „Ex pane fit corpus Christi“ [...]*

[Respondeo dicendum quod] haec conversio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid convenit cum creatione et cum transmutatione naturali, et quantum ad aliquid differt ab utroque. Est enim commune his tribus ordo terminorum, scilicet ut post hoc sit hoc, in creatione enim est esse post non esse, in hoc sacramento corpus Christi post substantiam panis, in transmutatione naturali album post nigrum vel ignis post aerem; et quod praedicti termini non sint simul.

Convenit autem conversio de qua nunc loquimur cum creatione, quia in neutra earum est aliquod commune subiectum utriusque extremorum. Cuius contrarium apparet in omni transmutatione naturali.

Convenit vero haec conversio cum transmutatione naturali in duobus, licet non similiter. Primo quidem, quia in utraque unum extremorum transit in aliud, sicut panis in corpus Christi, et aer in ignem, non autem non ens convertitur in ens. Aliter tamen hoc accidit utrobique. Nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi, sed in transmutatione naturali materia unius suscipit formam alterius, priori forma deposita. Secundo conveniunt in hoc, quod utrobique remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione. Different tamen, nam in transmutatione naturali remanet eadem materia vel subiectum; in hoc autem sacramento remanent eadem accidentia.

Et ex his accipi potest qualiter differenter in talibus loqui debeamus. Quia enim in nullo praedictorum trium extrema sunt simul ideo in nullo eorum potest unum extremum de alio praedicari per verbum substantivum praesentis temporis, non enim dicimus, „Non ens est ens“, vel, „Panis est corpus Christi“, vel, „Aer est ignis“ aut „album nigrum“.

Propter ordinem vero extremorum, possumus uti in omnibus hac praepositione ex, quae ordinem designat.

[Art. 8:] *Kann man sagen: „Aus dem Brot wird der Leib Christi“ [...]*

[Antwort:] Diese Verwandlung des Brotes in den Leib Christi kommt in einer Hinsicht überein mit der Erschaffung und mit der natürlichen Wandlung, in anderer Hinsicht aber unterscheidet sie sich von beiden. – Allen dreien gemeinsam ist die Beziehung zwischen Anfangs- und Endwirklichkeit, daß nämlich auf die eine die andere folgt und daß beide nicht zu gleicher Zeit wirklich sind: in der Erschaffung folgt das Sein dem Nicht-sein; in diesem Sakrament folgt der Leib Christi auf die Wesenheit des Brotes; in der natürlichen Wandlung folgt das Weiße auf das Schwarze oder das Feuer auf die Luft.

Die Verwandlung, von der wir jetzt sprechen, stimmt aber mit der Erschaffung darin überein, daß in beiden kein gemeinsames Subjekt das Vorher und das Nachher verbindet; während in aller natürlichen Wandlung das Gegenteil zutrifft.

Mit der natürlichen Wandlung aber kommt diese Verwandlung in zwei Dingen überein, wenn auch nicht ganz und gar. In beiden Fällen geht – erstens – die Anfangswirklichkeit in eine andere über, das Brot in den Leib Christi, die Luft in das Feuer; nicht aber verwandelt sich ein Nichtseiendes in ein Seiendes. Doch geschieht jener Übergang in den beiden Fällen auf je unterschiedene Weise; denn in diesem Sakrament geht die ganze Wesenheit des Brotes über in den ganzen Leib Christi, während in der natürlichen Wandlung der Bildstoff eines Dinges die Form eines anderen aufnimmt und die frühere Form von sich tut. Zweitens kommen die sakramentliche Verwandlung und die natürliche Umwandlung darin überein, daß in beiden Fällen (was in der Erschaffung nicht zutrifft) etwas Selbiges verbleibt, wenn auch auf unterschiedliche Weise: denn in der natürlichen Umwandlung verbleibt derselbe Bildstoff oder dasselbe Subjekt, in diesem Sakrament aber verbleiben die selbigen Eigenschaften.

Daraus kann man entnehmen, wieso von diesen Dingen auf verschiedene Weise gesprochen werden muß. Weil nämlich in keinem der drei Fälle die Anfangswirklichkeit und die Endwirklichkeit zugleich wirklich sind, darum kann in keinem der drei Fälle die eine von der anderen durch das Wort „ist“ ausgesagt werden. Wir sagen nämlich nicht: das Nicht-seiende „ist“ das Seiende; oder: das Brot „ist“ der Leib Christi; oder: die Luft „ist“ Feuer; oder: Weiß „ist“ Schwarz.

Wegen der Beziehung aber zwischen Anfangs- und Endwirklichkeit können wir in allen Fällen das Vorwort „aus“ gebrauchen, welches jene Beziehung ausdrückt.

Possimus enim vere et proprie dicere quod ex non ente fit ens, et ex pane corpus Christi, et ex aere ignis vel ex albo nigrum.

Quia vero in creatione unum extremorum non transit in alterum, non possumus in creatione uti verbo "conversionis", ut dicamus quod "non ens convertitur in ens". Quo tamen verbo uti possumus in hoc sacramento, sicut et in transmutatione naturali. Sed quia in hoc sacramento tota substantia in totam mutatur, propter hoc haec conversio proprie "transsubstantiatio" vocatur.

Rursus, quia huius conversionis non est accipere aliquod subiectum, ea quae verificantur in conversione naturali ratione subiecti, non sunt concedenda in hac conversione. Et primo quidem, manifestum est quod potentia ad oppositum consequitur subiectum, ratione cuius dicimus quod "album potest esse nigrum" [...].

Sed in hac conversione et similiter in creatione, quia nullum est subiectum, non dicitur quod unum extremum possit esse aliud, sicut quod "non ens possit esse ens", vel quod "panis possit esse corpus Christi". Et eadem ratione non potest proprie dici quod "de non ente fiat ens", vel quod "de pane fiat corpus Christi", quia haec praepositio "de" designat causam consubstantialitatem; quae quidem consubstantialitas extremorum in transmutationibus naturalibus attenditur penes convenientiam in subiecto. Et simili ratione non conceditur quod "panis erit corpus Christi", vel quod "fiat corpus Christi", sicut neque conceditur in creatione quod "non ens erit ens", vel quod "non ens fiat ens", quia hic modus loquendi verificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti, puta cum dicimus quod "album fit nigrum", vel "album erit nigrum".

Quia tamen in hoc sacramento, facta conversione, aliquid idem manet, scilicet accidentia panis, [...] secundum quandam similitudinem aliquae harum locutionum possunt concedi, scilicet quod "panis sit corpus Christi", vel, "panis erit corpus Christi", vel, "de pane fit corpus Christi";

Wir können in einem wahren und eigentlichen Sinn sagen: aus dem Nicht-seienden werde ein Seiendes, aus dem Brot werde der Leib Christi, aus der Luft werde Feuer, aus Weiß werde Schwarz.

Weil aber in der Erschaffung nicht eine Wirklichkeit in die andere übergeht, können wir für die Erschaffung nicht das Wort „Verwandlung“ gebrauchen, so daß wir etwa sagten, das Nicht-seiende werde in das Seiende „verwandelt“; dagegen können wir dieses Wort wohl gebrauchen für dieses Sakrament wie auch für die natürliche Veränderung. Weil aber in diesem Sakrament die eine ganze Wesenheit in eine andere ganze Wesenheit verwandelt wird, darum wird diese Verwandlung eigentlichst als Wesensverwandlung bezeichnet.

Weil aber andererseits nicht ein [für Anfangs- und Endwirklichkeit gemeinsames] Subjekt dieser Verwandlung angenommen werden kann, darum kann, was für eine natürliche Wandlung auf Grund des Subjektes gilt, nicht zugestanden werden für diese Verwandlung. Und zwar ist zunächst deutlich, daß ein auf gegensätzliche Möglichkeiten gerichtetes Seinkönnen seine Wurzel im Subjekt hat; im Hinblick auf das Subjekt nämlich sagen wir, das Weiße könne auch schwarz sein [...].

In dieser [Wesens-]Verwandlung aber, und ähnlich in der Erschaffung, kann man, da kein Subjekt da ist, nicht sagen, das eine könne auch das andere sein, etwa: das Nicht-seiende könne auch seiend sein, oder: das Brot könne auch der Leib Christi sein. Und aus dem gleichen Grunde kann nicht im strengen Sinn gesagt werden: von Nicht-seiendem werde Seiendes, oder: von Brot werde der Leib Christi. Denn dies Vorwort „von“ [*de*] bezeichnet eine Ursache von gleicher Wesenheit; und zwar ist bei den natürlichen Veränderungen diese Gleichwesentlichkeit gegeben durch die Gemeinsamkeit des Subjektes. Aus ähnlichem Grunde geht es nicht an, zu sagen: das Brot werde der Leib Christi sein, oder: es werde zum Leib Christi; wie man auch, im Hinblick auf die Erschaffung, nicht sagen kann: das Nicht-seiende werde seiend sein, oder: das Nicht-seiende werde zu einem Seienden. Denn solche Redeweise ist nur für die natürlichen Veränderungen gültig, und zwar auf Grund des [gemeinsamen] Subjektes. So sagen wir etwa: das Weiße werde zu etwas Schwarzem, oder: das Weiße werde etwas Schwarzes sein.

Weil aber in diesem Sakrament nach geschehener Verwandlung doch etwas Selbiges verbleibt, nämlich die Eigenschaften des Brotes, [...] darum können gleichwohl, in einem gewissen Sinne, einige dieser Redewendungen zugestanden werden; etwa: das Brot werde zum Leib Christi, oder: das Brot werde der Leib Christi sein, oder: von Brot werde der Leib Christi.

ut nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in universalis "hoc quod sub speciebus panis continetur", sub quibus prius continetur substantia panis, et postea corpus Christi. [...]

(Lateinischer Text: corpusthomicum.org)

Dabei ist dann unter dem Wort „Brot“ nicht die Wesenheit des Brotes verstanden, sondern ganz allgemein das, was unter der Gestalt des Brotes enthalten ist, unter welcher zuvor die Wesenheit des Brotes und nachher der Leib Christi gegenwärtig ist. [...]

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, Das Herrenmahl, Der Eucharistietraktat der Summa theologiae (III 73-83). Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 2), München: Pneuma 2018.

[Q. 76: De modo quo Christus existit in hoc sacramento]

[art. 1:] *Utrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento [...]*

[Respondeo dicendum quod] omnino necesse est confiteri secundum fidem Catholicam quod totus Christus sit in hoc sacramento. Sciendum tamen quod aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter, uno modo, quasi ex vi sacramenti; alio modo, ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti, est sub speciebus huius sacramenti id in quod directe convertitur substantia panis et vini praeexistens, prout significatur per verba formae, quae sunt effectiva in hoc sacramento sicut et in ceteris, puta cum dicitur: „Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.“ Ex naturali autem concomitantia est in hoc sacramento illud quod realiter est coniunctum ei in quod praedicta conversio terminatur. Si enim aliqua duo sunt realiter coniuncta, ubicumque est unum realiter, oportet et aliud esse, sola enim operatione animae discernuntur quae realiter sunt coniuncta.

[Ad primum ergo dicendum quod,] quia conversio panis et vini non terminatur ad divinitatem vel animam Christi, consequens est quod divinitas vel anima Christi non sit in hoc sacramento ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia. [...]

[art. 2:] *Utrum sub utraque specie huius sacramenti totus Christus contineatur [...]*

[Respondeo dicendum] certissime [...] tenendum esse quod sub utraque specie sacramenti totus est Christus, aliter tamen et aliter. Nam sub speciebus panis est quidem corpus Christi ex vi sacramenti, sanguis autem ex reali concomitantia,

IV. Die Weise der Gegenwärtigkeit Christi

[Art. 1:] *In diesem Sakrament ist der ganze Christus gegenwärtig [...]*

[Antwort:] Es ist durchaus notwendig, gemäß dem katholischen Glauben zu bekennen, daß der ganze Christus in diesem Sakrament gegenwärtig ist. Man muß jedoch bedenken, daß etwas, das zu Christus gehört, auf zweifache Weise in diesem Sakrament gegenwärtig sein kann: einmal sozusagen kraft des Sakramentes, das andere Mal auf Grund naturhaften Verbundenseins. Kraft des Sakramentes ist unter den Gestalten dieses Sakramentes das gegenwärtig, in was – wie auch sonst in den Verwandlungen – die vormalige Wesenheit des Brotes und des Weines unmittelbar verwandelt wird, wie es bedeutet ist durch die formgebenden Worte, die in diesem Sakramente wirkend sind: „Dies ist mein Leib“ und „Dies ist mein Blut“. Auf Grund naturhaften Verbundenseins aber ist in diesem Sakrament das gegenwärtig, was in der Wirklichkeit¹ mit der Frucht jener Verwandlung verbunden ist. Wenn nämlich zwei Dinge in der Wirklichkeit verbunden sind, dann muß da, wo das eine ist, notwendig auch das andere sein. Denn was in der Wirklichkeit verbunden ist, das kann einzig in gedanklicher Unterscheidung getrennt werden.

[Zum 1. Einwand:] Weil die Verwandlung von Brot und Wein nicht [unmittelbar] die Gottheit und die Seele Christi zur Frucht hat, so folgt, daß die Gottheit und die Seele Christi in diesem Sakrament nicht „kraft des Sakramentes“ gegenwärtig sind, sondern „auf Grund wirklichen Verbundenseins“. [...]

[Art. 2:] *Unter jeder der beiden Gestalten ist Christus ganz gegenwärtig [...]*

[Antwort:] Auf das gewisseste ist festzuhalten, [...] daß unter jeder der beiden Gestalten des Sakramentes der ganze Christus gegenwärtig ist, wenngleich auf je verschiedene Weise. Unter der Gestalt des Brotes nämlich ist der Leib Christi „kraft des Sakramentes“ gegenwärtig, das Blut aber „auf Grund wirklicher Verbundenheit“,

¹ Das „in der Wirklichkeit“ (*realiter*) Verbunden-sein ist hier als Gegensatz zu einem bloß gedachten und gedanklichen Verbunden-sein gemeint. „Wirklich“ ist das, was unabhängig vom Denken des geschöpflichen Geistes ein Sein hat; „gedankliches“ Sein (*ens rationis*) ist „seiend“ kraft des geschöpflichen Geistes und Denkens.



sicut supra dictum est de anima et divinitate Christi. Sub speciebus vero vini est quidem sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima et divinitas. [...]

[Ad primum ergo dicendum quod,] quamvis totus Christus sit sub utraque specie, non tamen frustra. Nam primo quidem, hoc valet ad repraesentandam passionem Christi, in qua seorsum sanguis fuit a corpore. Unde et in forma consecrationis sanguinis fit mentio de eius effusione. Secundo, hoc est conveniens usui huius sacramenti, ut seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, et sanguis in potum. [...]

[art. 3:] *Utrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini [...]*

[Respondeo dicendum quod] [...] corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae, idest, per modum quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, idest, non per illum modum quo quantitas dimensiva alicuius corporis est sub quantitate dimensiva loci. Manifestum est autem quod natura substantiae tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur, sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, et sub qualibet parte panis est tota natura panis. Et hoc indifferenter sive dimensiones sint actu divisae, sicut cum [...] panis secatur, vel etiam sint actu indivisae, divisibiles vero potentia. Et ideo manifestum est quod Christus totus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, et non solum cum frangitur. [...]

(Lateinischer Text: corpusthomicum.org)

wie es zuvor von der Seele und von der Gottheit Christi gesagt wurde. Unter der Gestalt des Weines andererseits ist das Blut Christi gegenwärtig „kraft des Sakramentes“, der Leib Christi aber, wie auch seine Seele und seine Gottheit, „auf Grund wirklichen Verbundenseins“. [...]

[Zum 1. Einwand:] Wenn auch der ganze Christus unter jeder der beiden Gestalten gegenwärtig ist, so sind diese dennoch nicht ohne Sinn. Denn sie vermögen erstens der zeichenhaften Darstellung der Passion Christi zu dienen, in welcher das Blut vom Leibe getrennt und gesondert war; darum wird auch in den Worten der Verwandlung des Blutes von seiner Vergießung gesprochen. Zweitens ist dies [die Zweiheit der Gestalten] sinngemäß im Hinblick auf den Empfang dieses Sakramentes, daß nämlich den Gläubigen gesondert gereicht werde der Leib Christi zur Speise und sein Blut zum Trank. [...]

[Art. 3:] *In jeglichem Teil der Gestalten ist Christus ganz gegenwärtig [...]*

[Antwort:] [...] Der Leib Christi ist in diesem Sakramente gegenwärtig in der Seinsweise der Wesenheit – das heißt: auf die Weise, wie unter den räumlichen Erstreckungen die Wesenheit gegenwärtig ist –, nicht aber in der Seinsweise räumlicher Erstreckung, das heißt: nicht auf die Weise, wie die Erstreckung eines Körpers in der Erstreckung des Raumes gegenwärtig ist. Es ist aber offenkundig, daß die Wesenheit in jeglichem Teil der Ausmaße, unter denen sie gegenwärtig ist, ganz gegenwärtig sei. So ist in jedem Teil Luft das ganze Wesen der Luft und in jeglichem Teil des Brotes das ganze Wesen des Brotes; und zwar trifft dies zu, ganz gleich, ob die Erstreckungen in der Wirklichkeit geteilt sind (wie wenn [...] das Brot zerschnitten ist) oder ob sie in der Wirklichkeit ungeteilt sind und teilbar nur der Möglichkeit nach. Darum ist es auch offenbar, daß der ganze Christus in jeglichem Teil der Brotsgestalt gegenwärtig ist, auch wenn die Hostie ungeteilt bleibt und nicht nur, wenn sie gebrochen wird. [...]

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Herrenmahl, Der Eucharistietraktat der Summa theologiae (III 73-83)*. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 2), München: Pneuma 2018.

[Q. 77: De accidentibus remanentibus in hoc sacramento]

[art. 1: *Utrum accidentia remaneant in hoc sacramento sine subiecto*]

[Respondeo dicendum quod] accidentia panis et vini, quae sensu deprehenduntur in hoc sacramento remanere post consecrationem, non sunt sicut in subiecto in substantia panis et vini, quae non remanet.[...]. Manifestum est etiam quod huiusmodi accidentia non sunt in substantia corporis et sanguinis Christi sicut in subiecto, quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici; neque etiam est possibile quod corpus Christi, gloriosum et impassibile existens, alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates [...].

Et ideo relinquitur quod accidentia in hoc sacramento manent sine subiecto. Quod quidem virtute divina fieri potest. Cum enim effectus magis dependeat a causa prima quam a causa secunda, potest Deus, qui est prima causa substantiae et accidentis, per suam infinitam virtutem conservare in esse accidens subtracta substantia, per quam conservabatur in esse sicut per propriam causam, sicut etiam alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis; sicut corpus humanum formavit in utero virginis sine virili semine. [...]

(Lateinischer Text: *corpusthomicum.org*)

V. Das Verbleiben der Eigenschaften von Brot und Wein

[Art. 1] [...]

[Antwort:] Die Eigenschaften von Brot und Wein, die, wie die Sinne es gewahren, in diesem Sakrament auch nach der Verwandlung verbleiben, haften nicht in der Wesenheit des Brotes und des Weines als in ihrem Träger; denn diese verbleibt ja nicht [...]. Es ist aber gleichfalls offenkundig, daß solcherart Eigenschaften nicht der Wesenheit des Leibes und Blutes Christi als ihrem Träger einhaften können; denn die Wesenheit eines menschlichen Leibes kann auf gar keine Weise mit diesen Eigenschaften behaftet sein; auch ist es unmöglich, daß der glorreiche und leidensunfähige Leib Christi sollte sich ändern, um solche Eigenschaften anzunehmen [...].

Es bleibt daher nur übrig, daß die Eigenschaften in diesem Sakramente ohne einen Träger [im Sein] verharren. Das kann durch göttliche Kraft durchaus geschehen: da nämlich die Wirkung von der ersten Ursache mehr abhängig ist als von der zweiten, so kann Gott, welcher die Erstsache von Wesenheit und Eigenschaft ist, durch seine unbegrenzte Kraft die Eigenschaft im Sein erhalten, auch wenn die Wesenheit hinweggenommen ist, durch welche jene [Eigenschaft] bislang, als durch ihre eigentümliche [nächste] Ursache, im Sein erhalten wurde. Gott vermag ja auch die Wirkungen anderer natürlicher Ursachen ohne diese natürlichen Ursachen hervorzubringen; so hat er im Schoße der Jungfrau, ohne den Samen des Mannes, einen menschlichen Leib gebildet. [...]

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Herrenmahl, Der Eucharistietraktat der Summa theologiae* (III 73-83). Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 2), München: Pneuma 2018.